

Iuris qui multos scripsit prompsitq; libellos,  
Inq; bonas artes commoda multa tulit.  
Huic Deus ingenium, quod cognitione Politum  
Multiplici uigeat, contulit atq; dedit,  
Quodq; suis minime sese efferrat atq; tumescat  
Elatum donis, muneribusq; Deum.  
Hunc nobis saluum uelit esse per omnia Christus,  
In multos annos, tempora longa, uirum.

**DANIEL VVRASSI**  
VS POMERANVS, IN CONVITIA  
atorem ac Calumniatorem Cereuisiarum  
D. Doctoris HENRICI  
CNAVSTINI.

**D**ignum laude uirum laceras cur, Mome, mac  
lignis  
Dentibus, & uirus hostis ab ore Vomis?  
Pungis scribentem uario discrimine libros,  
Et Sophiæ ductum semper amore grauas.  
Cur non adtendis, quod commoda multa Poesis  
Adferat, & uario dogmata scripta modo.  
Iam lex delectat, iam docta oratio mentes  
Afficit, hinc artes lingua disertæ docet.  
Cuncta reprehendis iners, nil est tibi, singula mira  
Dexteritate, loco, tempore, posse loqui.  
Nunc hoc, nunc illud carpis, nunc colligis, expers  
Artis, proh nulla quæ ratione fluunt.

B 4 Non